

## Contribution à l'étude des Composées du Proche-Orient

PAR J. ARÈNES

La présente note se rapporte à différentes Composées critiques (de Syrie et du Liban) qui nous ont été soumises pour identification par M. Gombault et qu'il avait dû lui-même réserver pour étude au cours des travaux de détermination qu'il poursuit au Muséum sur des plantes du Proche-Orient. Elle intéresse les 5 genres, dont 1 nouveau pour la science, *Daumailia*, *Rodigia*, *Onopordon*, *Centaurea* et *Cirsium*, avec 6 espèces dont 3 non encore décrites : *Daumailia spinulosa*, *Rodigia hirsutissima*, *Cirsium pseudo-Gaillardoti*.

### DAUMAILIA. Compositarum-Scorzonerearum, gen. nov.

*Calathidia multiflora*. Receptaculum nudum. Periclinii bractæ 8, 1-seriales, erectæ, in 1/3 inferiore coalitæ. Achenia omnia conformia, glabra, in longitudinem striata, basi paulum attenuata, estipitata, apice in collum latum breviter producta. Pappus albidus, 1-serialis, setis longis longe plumosis basi brevissime coalitis, vix sensimque dilatatis, multis longis erectis. Ab affini gen. *Urospermo* Scop. receptaculo nudo et acheniis in longitudinem striatis apice in collum latum breviter productis differt. Autem, affinis generi *Tragopogoni* Tourn. a quo bracteis 8-16 demum  $\pm$  reflexis, acheniis ut ante dictum est et pappo 1-seriali differt.

### D. spinulosa J. Ar., sp. nov.

Radix annua (?) gracilis. Caulis nanus (2,5 cm.) simplex, monocephalus, foliatus, obscure striatus, breviter pubescens, autem hispidus spinulis multis albidis usque 0,8 mm. longis rectis vel  $\pm$  arcuatis basi dilatatis apice acutis. Folia viridia, utrinque et in marginibus aspera brevissime denseque spinulosa, subtus in costa hispida spinulis multis ut ante dictum est instructa, laxè et  $\pm$  obscure angulosa vel subintegra; basalia (usque  $25 \times 8$  mm.), apice obtusa vel subrotundata, obovato-subspathulata, in petiolum distincte extenuata; caulina (usque  $20 \times 2.3$  mm.) oblonga, sessilia, basi amplexicauli-auriculata, apice obtusa. Calathidia parva, periclinio subcampanulato bracteis æqualibus intus glabris extus sparse spinulosis usque ad apicem spinulis ut ante dictum est instructis, parte libera circ. 9 mm. longa, alterne triangulari-acuminatis acutis viridibus margine angustissime obscurioribus et oblongis obtusiusculis margine latissime albo-scariosis. Corollæ luteæ glabræ, tubo circ. 7 mm. longo, ligula usque 5 mm. longa et 0,4 mm. lata apice paulum coarctata et inæqualiter 5-dentata. Achenia (juvenia) oblonga, 2-2,5 mm. longa, collo 0,1-0,2 mm. longo, pappo circ. 7 mm. longo setulis usque 1 mm. longis.

Désert de Syrie — Khan Abou Chamat — Leg. Daumail 1931. Typus in Herb. Mus. Paris. (Herb. Gombault).

### Rodigia hirsutissima, sp. nov.

Radix annua (?), gracilis. Caulis nanus (circ. 4 cm.), apice breviter 2-furcatus, ramis brevissimis (4-8 mm.) efoliatis, bicephalus, araneosus et dense hirsutopilosus, pilis multissimis inæqualissimis usque 0,5 mm. longis, subluteis, rectis apice breviter tenuiterque bifurcatis. Folia viridia, utrinque et in marginibus  $\pm$  dense hirsuto-pilosa, subtus præsertim in costa, pilis ut ante dictum est, subin-